

[Deutsche Entomologische Zeitschrift XXI. 1877. Heft II.]

Europaeae et circummediterraneae Faunae
Heteromerum specierum,
quae Comes Dejean in suo Catalogo, editio 3^a, consignavit, ex ejusdem collectione in R. Taurinensi Musaeo asservata, cum auctorum hodierne recepta denominazione collatio.

Auctore

Flaminio Baudi a Selve.

Pars quarta.

CISTELIDAE Lacord.

Tribus II. *Cistelidae genuinae.*

Allecula aterrima Dej., *Upis saperdoides* Zieg. Styria, *cistelooides* Findel Hungaria = *Allecula* ead. Küst.

A. morio Fabr. Suecia, *fulvipes* Duft. Austria, Gall. Rouen, *fusca* Gyssele (immatura) Austria = *A.* ead. Fabr.

Cistela cerambooides Fabr. Parisiis, Suecia = *C.* ead. Lin.

C. saperdoides Dej., *melanocephala* Zieg. Germania bor., Volhynia, *hungarica* Sturm Hungaria = *C. cerambooides* var. *serrata* Chevr. thoracis colore excepto nullo firmo charactere specifico a *ceramboide* discrepare visa est.

C. atra Fabr. Suecia, Parisiis, Gall. mer., Germ., Austr. Gyssele = *C. (Eryx)* ead. Fabr. ♂.

Ead. var. *brevicollis* Dej. Parisiis, Lyon Solier = *C.* ead. ♀, *laevis* Küst.

Ead. var. *nigra* Duft. Austria = *C.* ead. ♀ paulo minus nitida, infra prorsus atra.

Ead. var. *Etruria* Passerini = *C.* ead. ♀ var. *elytrorum* interstitiis antice latera versus fere aciculato-punctatis ac luce quadam transversim substrigosis. Huc accedunt specimina a De Cristoforis Janii coëvo ac socio nomine *laevis* donata ac inscripta, nullomodo a gallicis atque pedemontanis specifice separanda. Recte aptenus *laevi* Küst. pro synonymo *C. Fairmairei* Reiche subjungitur, uti ex

typico specimine patuit ab auctore R. Florentino Musaeo misso. Per multis speciminibus inspectis suasum mihi *laevem* Küst. *atrae* foeminam habendam, quapropter in contrariam, ab eximio D. Mulsant, sententiam verisimiliter opinor, *atram* nempe Fabr. genuinam pro speciei mare habendam, cui statura major, corpus minus nitidum, caput et thorax profundius, saepe crebrius punctata; oculi paulisper majores; antennae validae, art. tertio quarto vix longiore, 4—10 subcompressis, obconicis; elytra paulo profundius striata, interstitiis puncturam inter subaequalibus; pedum anteriorum tarsi articulis quatuor primis subtus plus minusve conspicue fulvo-spongiosis, apice inferiore magis productis.

Foemina plerumque minor, nitidior, capite thoraceque subtilius punctatis, interstitiis nitidulis; antennis minus validis, articulo tertio quarto sat longiore, 4—10 vix compressis, apicem versus vix dilatatis; elytris minus profunde striatis, subtilius punctatis, nitidis; pedum anteriorum tarsis inferne haud spongiosis, art. penultimo tantum producto: abdominis segmento ultimo parcius quam in mare punctato.

Cistela morio Dahl Sicilia Dahl = *C. (Eryx) lugens* Küst. ¹⁾

C. metallica Chevr. Lombardia Godet ac Italia mer. = *C. (Gonodera) ead.* Küst.

C. fusca Panz., *maura?* Fabr. Parisiis, Perpignan, Austria ac immatura Dalmatia = *C. (Hymenalia) rufipes* Fabr., *fusca* Ill. Variant interdum superioris Italiae specimina corpore minus nitido, capite thoraceque subtilius punctatis, elytris, antice praesertim, fortius inter puncturam aciculato-strigosis, proinde minus nitidis, pube minus tenui ac minus depressa obtectis; metasterni epimeris abdo mineque relative, crebrius punctulatis; mas oculis, quam in genuina, adhuc fere majoribus, postice magis rotundatis. ²⁾

¹⁾ *Cistela lugens* Cypro etiam a D. Truqui inventa at variat corpore magis depresso, capite minus fortiter, nullomodo rugoso punctato, thoracis punctura subtiliore ac minus profunda, elytris minus nitidis, subtiliter, densius fere punctulatis, striis omnibus leniter conspicuis, corpore infra parcius punctato.

²⁾ Ad subgenus *Hymenalia*, ac *gravidae* Küst. sane meo judicio referenda duo e Smyrna olim a D. Frivaldszky missa specimina, corpore angustiore a *rufipede* distincta, capitis fovea transversa profundiore, antennis minus elongatis, thorace basi utrinque fortius emarginato, lobo medio angustiore, elytris basi thoracis latitudinem

Cistela rufipes Fabr. Parisiis, *fulvipes* St. Germ., Styria, Austria, Volhynia = *C. (Gonodera) Luperus* Hrbst.

C. fulvipes Fabr. Parisiis, Germ., Dalm. = *C. (Gonodera) Luperus* Hrbst. var. *ferruginea* Fabr.

C. murina Fabr. Parisiis = *C. (Isomera)* ead. Lin. typica forma, corpore minus oblonge ovali.

Ead., *reppensis* St. Germania = *C. murinae* varietates, modo thorace etiam testaceo, capite nigro, modo illo disco plus minusve infuscato; uni ex his elytra prorsus distincte striata, interstitiis convexis, quibusdam parcius punctulatis, omnibus latitudine subaequalibus.

Ead. Styria, Dalmatia et Volhynia = *C. ead.* corpore tantisper longiore, elytris interdum substriatis.

Ead. var. Gallia mer. = *C. ead.* oblongius ovata, cui accedunt pedemontana specimina, quae, veluti omnia fere in superiore ac media Italia obvia, sive normaliter depicta, sive elytris etiam nigris, statura validiore atque oblongiuscula gaudent.

Ead. var. *Evonymi* Fabr. Germ. = *C. ead.* var. aut penitus, aut abdomine solo excepto rufo-testacea: ultimum in serie spec. penitus rufo-testaceum, elytris substriatis, interstitiis secundo quarto elevatulis, tertio quintoque depresso, paulo latioribus, illis obsoletius, hisce densius punctulatis ad *C. Costessii* Bertol. striarum dispositione approximatur.

Ead. var. *Evonymi?* Fabr. Dalm. = *C. semiflava* Küst. vulgari modo pictura, nigra nempe, ore, antennis, elytris pedibusque testaceis, modo capite thoraceque plus minusve rufescentibus, hoc

haud excedentibus, prosterno cum pleuris distinctius, sat crebre punctato. Mas oculis quam in foemina majoribus, occipite eorundem latitudine transversa paullulum tantum latiore, antennis parum longioribus, multo tamen minus quam in *rufipede* elongatis, art. tertio secundo duplo longiore, quarto paulo breviore, hoc cum sequentibus mediis validiore. Foemina oculis paulo magis, minus attamen quam in *rufipede* ♀ inter se discretis, antennis paullulum brevioribus, art. mediis minus validis, tertio secundo paulo ultra duplum longiore, quarto subaequali. Tarsi in utroque sexu gracieles, articuli penultiimi appendice paulo minus producta.

C. (Hymenalia) varians Fabr. mihi ignota; unicum spec. ♂ hoc nomine, Parisiis indicatum, in coll. D. Bauduer ad *rufipedem* Fabr. pertinet.

interdum fusco-bilineato. Species haecce cum varietatibus tota Italia, paulo tamen minus quam *murina*, frequenter occurrit: rara admodum in continentali Italia var. penitus superne nigra, Siciliae potius incola, cui ex typicis ab auctore datis speciminibus referenda *C. genistae* Rottenberg, in Gallia mer. etiam a D. Bauduer inventa atque benevole communicata.³⁾

Ead. var. Hispania = *C. hispanica* Kiesw. Ejus nonnulla lusitanica in Bruxellensis R. Musaei coll. a D. Van Volxem collecta vidi. Siculum sequitur spec. ad *semiflavam* Küst. pertinens.

Ead. var. *thoracica* Fabr. Germ. = *C. var. ead.*

(Quae in Catalogo sequuntur nom. *collaris* Stev. indicata, alio loco in collectione pone *C. sulphuripedem* reposita ac infra relata.)

Ead. var. *rufipes* St. Germ. = *C. ead. var. maura* Fabr. elytris aequalibus; accedunt specimina e Gallia boreali ac mer. elytris substriatis, pube minus tenui, grisea, haud sericante obtectis.

Ead. var. *rufipes?* St. Dalm. = *C. ochropus* Küst. verisimiliter propria species a *murina* distincta. Corporis forma Europae borealis atque orientalis *murinae* individuis minus oblonge ovatis, minoribus proxima, at capite thoraceque subtiliter, parcus punctatis, interstiiis puncturam inter nitidis, elytris paulo parcus, transversim substrigose, densius attamen ac subtilius quam in *semiflava* punctatis; antennis pro sexu tantisper brevioribus; mari elytra substriata, foeminae aequalia, utroque pariter ac reliquum corporis nigro-picea, antennarum basi pedibusque testaceis.

Ead. *rufipes?* St. Styria = *C. ead. var. maura* Fabr. corpore longiore.

Ead. var. *holosericea* Zieg. Hungaria, Styria superiore = *C. ead. var. maura* Fabr. major, oblongula, nitidula, subtilius pubescens, femoribus leniter infuscatis. Accedunt varietatis hujus pedemontana specimina, Alpibus praesertim nostris sat frequentia una cum normaliter depictis⁴⁾: specimen attamen nigro - subaeneum,

³⁾ Una cum siculo *genistae* Rottbg. sibi et ab auctore tradito specimine, aliud D. Emery examini commisit, ab ipsomet in Neapolitano agro inventum, statura minus, angustius, quod ad *parvulam* Rott. referendum autumat, quodque cum deser. conveniens, pariter ac *genistae* mea sententia nonnisi quam *semiflavae* Küst., minorem varietatem habendum censeo.

⁴⁾ Huic varietati affinis *C. scutellaris* nov. spec.: *Elongatovata*, *parum nitida*, *nigra*, *geniculis tibiisque piceis*, *griseo-pubes-*

elytris tricostatis insigne, costulis sublaevis ac glabris, interstitiis has inter latiusculis densiusque punctatis, pubescentibus *C. Costessii* Bertol. maxime affinis. Eidem sculpturae elytrorum ratione consonum spec. in Alpibus maritimis reperi, foemina e majoribus, elytris castaneis.

Ead. var. *b.* Gyll. Suecia = *C. ead. var. maura* corpore brevius ovato.

Ead. var. *antennata*, *variabilis* Dahl Hungaria Dahl = *C. antennata* Panz.

Cistela pubescens Dej. Tangeri Goudet = *C. (Eryx) crassicollis* Fairm.

(*C. agilis* Stev. Tauria = *C. badia* Kiesw. circa Smyrnam etiam a D. Truqui collecta, nonnulla e Propontidis ac maris Caspici oris relata, quaedam etiam ex Attica in coll. vidi: smyrneum spec. foemina major, brunnea, elytris piceis, concoloribus variat:

cens, subtiliter denseque punctata; thorace lateribus rotundatis, antorsum convergentibus; scutello transverse subquadrato; tibiis apicem versus incrassatis. — Long. 4 circiter lin.

Mas: *tibiis anticis a basi ad trientem ab apice intus leniter emarginatis, abdominis segmento 5 apice late subtruncato ac medio margine impresso, basi tuberculo oblongo elevato munito, 6 in lobos duo emergente apice villosulos.*

Habitu maximis *C. murinae* alpinis longioribus atris speciminiibus proxima, haud nitida, longitudinaliter magis arcuata, elytris praeципue magis postice attenuatis *Podontae* faciem referens, at oris pedumque structura ad *Cistelas* spectans. Corpus atrum, pube minus tenui grisea superne obtectum, capite thoraceque eadem fere ac in *murina* structura, antennis nigris, articulo tertio quarto breviore, hoc cum sequentibus duobus validiusculo, elongato-obconico, reliqui desunt. Scutellum latitudine dimidio brevius, lateribus parallelis, apice subrotundatum; elytra fere ac in *murina* punctulata, punctura sub pube parum conspicua, striis dorsalibus duabus parum impressis, apicem versus longius apiceque ipso magis attenuata. Corpus infra fere itidem ac in citata sp. punctulatum, prosterno tantisper compresso ac magis cum coxis elevato; tibiae omnes basi graciles, apicem usque sensim evidenter dilatatae, triente apicali in mare latiores; tarsorum articulis nulla membrana, anticis quatuor primis in eodem inferne pilis atris rigidis munitis.

Unic. spec. Pedemontio.

nonnulla etiam nuperrime a D. Faust nom. *basalis* ex Albania, nunc Daghestan, accepta. Mas paullulum angustior, antennis paullisper longioribus, oculis in fronte magis approximatis noscitur: oculi in utroque sexu inferne parum admodum inter se distantes, abdominis segmentum quartum parcus punctatum, quintum fere laeve, utrinque ante apicem sinuato-emarginatum, latius apice in foemina rotundatum. Oculis magnis, palporum articulo ultimo cultriformi nec non tarsorum articulo penultimo sat longe in lamellam producto, tum corpore elongato maximam potius cum *G. Allecula* affinitatem proebere mihi videtur. Ei valde affinis et distincta species etiam e Maris Caspici oris, a D. Faust nom. *orientalis* sibi indicata.

(*C. murina* var.? *Sardinia* Gené = *C. (Isomira) ferruginea* Küst., *Sardinia* frequens, *Corsica* passim atque *Sicilia* obvia, rarius etiam in *Calabria* repertur. Variat, Cypro haud rara, dilutior, minor plerumque, corpore, maribus praesertim angustior, thoracis angulis posticis magis apice obtusis.)

Mycetochares morio Zieg. Austria, *estonica* Fald. Estonia = *M. axillaris* Payk. major, elytrorum humeris concoloribus vel vix maculatis.

Ead. var. *Styria, rufipes* Friv. Hung. = *M. ead.*, mares plerumque: accedit pedemontanum spec.

M. barbata Latr. Suecia, Helv., ♂ *linearis* Panz., ♀ *brevis* Schönh. Parisiis, Pyren. or., Austria, Germ. = *M. linearis* Ill., *barbata* Latr. Muls. ♂♀; nonnullae germanicae foeminae corpore latiore variant. Foeminae specimina haud raro occurunt statura minora, praesertim breviora, nom. *brevis* in collectionibus indicata; quaedam ex Insubria vidi statura validiore, thorace latius longitudinaliter subsulcato, antennis penitus ferrugineis, crassioribus, densius pubescentibus.

Ead. *Dalmatia* = *M. ead. var. dalmatina*: mas minor, minus elongatus, antennis validioribus, dense villosis, art. 3—4 subaequalibus; thorace breviore, apice minus attenuato, lateribus a basi medium usque parallelis, obsoletius medio foveolato; elytrorum striis duabus dorsalibus paulo minus impressis, reliquis fere omnibus confusis. Unica foemina antennis etiam paullulum validioribus praedita, elytris extrorsum obsoletius striatis. Mas ad *M. rudem* Küst. thorace multo minus cibre punctato, praeter alia, haud referendus, illius etiamsi forma ei tantisper accedat.⁵⁾)

⁵⁾) *M. rufis* Küst. Cypro haud rarus videtur, Germanico ve-

Mycetochares axillaris Payk. Suecia, Austria = *M.* ead. elytrorum humeris maculatis.

rumtamen Auctori solam foeminam innotuisse ex descript. patet: haecce porro pro utroque sexu meo judicio emendanda: *M. elongata*, *nigra vel brunnea*, *nitidula*, *nigro-pilosella*, *ore*, *antennis pedibusque testaceis*, *infra rufo-picea*; *thorace transverso dense punctato*, *basi impresso*; *elytris subcrenato-striatis*, *interstitiis plus minusve rude punctatis*; *prosterni processu inter coxas anticas latiusculo*. — Long. $2\frac{1}{2}$ — $2\frac{3}{4}$ lin.

Mas longior, sublinearis, oculis majoribus, in fronte magis approximatis, fronte linea transversa profundiore impressa; thorace transverso, lateribus a basi ad trientem usque fere parallelis, ab inde ad apicem rotundatim convergentibus, angulis posticis obtusiusculis, intra basin obsolete impresso; elytris perparum ampliatis, longitudinaliter depresso, subtilius striato-punctatis, interstitiis planiusculis, minus fortiter punctulatis. Cypriis foeminis thoracis ab auctore delineata peculiari structura insignibus, melius fortasse explicatis, anguli postici prorsus recti, ejus basis utrinque evidenter sinuata. Illius forma e converso in mare *axillari* Payk. proximior: plane caeterum distincta sp., thorace praesertim densius punctato a *lineari* discedens, atque notis quibusdam *Hymenoro* accedens; sunt enim mari tarsorum articuli penultimi plus minusve sub ultimo in membranam, paulo minus quam in illo explicatam, producti, posticorum primus sequentium trium longitudine fere aequalis.

Hymenorii Doublieri mas (ex Apenninis bononiensibus) foeminae facie admodum consimilis, vix tantisper angustior, elytris sollemodo minus fortiter striato-punctatis nec non corporis inferne punctura minus plerunque forti ac profunda discedens: itidem admodum et in *M. rudi* contingit, cui in foemina punctura corporis infra supraque distinctior ac validior; in hac singillatim vero tarsi haud membrana muniti, posticorum art. primus sequentibus junctis paulo brevior; oculi in fronte longe magis discreti ac minores quam in mare, in *Doublieri* e contra sexuale hoc discrimin longe minus aestimabile. Hujus nostratum non modo sed et Galliae meridionalis ambo sexus examini praesto fuere.

Mycetochari linearis mari forma affinis species quam nec dum descriptam autumo, e Syria a D. Abeille relata atque in coll. D. Banduer nom. *ruficollis* inscripta: *elongata*, *nitidula*, *nigro-cyanea*, *antennis basi apiceque*, *ore pedibusque testaceis*; *capite rugoso*

Mycetochares flavipes Fabr. Volhynia, Finlandia, *humeralis* Ill. Suecia, Austria = *M.* ead.

M. humeralis Fabr., *scapularis* Ill. Germ., Suecia = *M. bipustulata* Ill., mares thorace anterius paulo magis attenuato, elytrorum macula humerali subquadrata.

M. bipustulata Ill. Panz. Styria, Suecia, Gallia = *M.* ead. ♂ ♀.

M. quadripustulata Dej. Dalm., Gall. mer., *quadripunctata* Perroud Bordeaux = *M. quadrimaculata* Latr. Subjunctum hoc specimen a Solier missum = *M. fasciata* Muls. Alpibus maritimis quoque atque Apenninis etruscis rara hactenus species, pariter ac *Hymenorus Doublieri* Muls.

Cistela Dejeanii Fald. Turcomannia Falderm. = *Cteniopus id. unica* foemina corpore tantisper angustiore magisque elongato, antennis gracilioribus, thorace basin versus minus ampliato, maxima ejus latitudine fere in medio sita, elytris basi angustiore, subaequali, pedum geniculis vix umbratis ab *altaicae* mare (unico sexo mihi noto) discedit.

C. altaica Gebl. Sibiria Gebler = *Cten. altaicus* Gebl. plures mares.

C. lutea Dej. Hisp. Dufour = *Ct. luteus* Küst.

Ead. Hisp. mer. Rambur = *Ct. granatensis* Rosenh. mari abdominis segmentum quintum apice medio evidenter emarginatum (in praecedente subintegrum), sextum profunde excisum, lobis apice rotundatis.

C. sulphurea Fabr. Pyr., Gall. mer., Parisiis, Austr., Suecia, Dalm., Helv., Caucaso Steven = *Ct. flavus* Scop., *sulphureus* Lin.

thoraceque rufo fortiter punctatis; elytris striatis, subaspere punctatis; prosterni processu inter coxas anticas producto. — Long. 3 lin. ♂.

A citatae specie mare, praeter corporis singularem picturam, hisce praecipue discedit: caput latius, oculis majoribus, magis in fronte approximatis, crebre rugoso - punctatum, antennis gracilioribus: thorax forma consimilis, at latior, antice paulo minus attenuatus, angulis anticis minus deflexis, densius punctatus, itidem fere exsculptus, basi attamen paulo magis bisinuatus, foveis profundioribus, parcius pubescens, supra infraque laete rufo-testaceus, prosterni processu inter coxas latiore: elytra subtilius, uniformiter fere striata, paulo densius, subaspere punctata, striarum interstitiorumque punctura subaequali.

Duo mares e dicta coll. solummodo vidi.

Ead. var. Dalmatia, ins. Meleda, Parisiis Latreille = *Ct. flavus* var., mares capite basi antennisque plus minusve infuscatis, palpis interdum fuscis, omnibus thorace obsolete utrinque impresso. ⁶⁾)

Cistela bicolor Fabr. Parisiis Latreille, Caucaso Steven, Hung. Frivaldszky = *Ct. flavus* var. *bicolor* Fabr. omnes mares thorace ut in genuino impresso, elytris saepius obsoletius striatis. ⁷⁾)

⁶⁾) *Ct. flavo proximus pallidus* Küst. Cypro frequens, ejus a citato auctore nec non a D. Mulsant foemina dumtaxat thorace foveis tribus impresso, corpore infra luteo delineatur: mas porro angustior, antennis palpisque nigris, tibiis posticis apice, tarsis, pectore ventreque plus minusve infuscatis, hoc apice rufescente, segmento quinto triangulariter emarginato, sexto profunde exciso, lobis modice productis: thorax paullulum quam in foemina convexior, foveis obsoletis.

⁷⁾) *Ct. flavo ac praesertim pallido proximior Ct. neapolitanus* n. sp.: *Niger, thorace subquadrato femoribusque rufo-testaceis; elytris striatis testaceis vel flavis, pubescentibus; ore, tibiis tarsisque brunneis; coxis anticis contiguis.* — Long. $3\frac{1}{4}$ lin.

Mas: antennis corporis fere longitudine, articulis a quarto ad apicem crassitie paulo ultra duplum longioribus; abdominis segmento quinto medio triangulariter impresso, sexto latiusculo, leniter apice emarginato, late profundius impresso, impressione laevi, marginibus utrinque elevatis, vix productis, apice villosis.

Fem.: corpore minus angusta, antennis dimidio corpore parum longioribus, basi gracilisculis, apicem versus sensim incrassatis, articulis 4—10 sensim fere brevioribus, ultimis obconicis, apicali fere pyriformi; abdominis segmento sexto lato, convexiore, sublaevi, apice fasciculis duobus e villis ornato.

C. pallido habitu ac statura proximus, praeter picturam, antennis minus gracilibus, capite thoraceque fortius punctatis, hoc elytris multo angustiore, lateribus ante medium magis rotundato, angulis posticis in mare fere obtusis, antice latius, subrecte truncato, elytris distinctius, praesertim in mare, striatis distinguitur. A luteo statura dimidio minore abscedit, antennis minus gracilibus, thoracis structura elytrisque minus profunde striatis, tum prosterni structura. Caput cum antennis palpisque nigrum, ore dilute piceo; thorax cum pleuris mari rufo-testaceum, foeminae testaceum vel stramineum; scutellum nigrum, apice interdum brunneum; elytra mari pallide testacea, foeminae concolora atque paulo densius quam in mare

Cistela sulphuripes Dahl Hung. Dahl = *Ct.* id. Germ. ♂.

Ead. Rossia mer. Besser = *Ct.* id. ♀, penitus ater, femoribus tibiisque quatuor anterioribus flavis, illis basi interdum infuscatis. ⁸⁾

pubescentia, striis externis plerumque obsoletis; pectus et abdomen nigra vel nigro-picea, femora cum coxis anterioribus rufo-testacea, tibiae et tarsi brunnei, hi graciles, antici in utroque sexu simpli-
ces. Abdominis in mare structura a congeneribus mihi cognitis discedit, uti etiam a *flavi* varietate *bicolor* antennis praecipue mi-
nus gracilibus, thorace basi angustiore elytrisque distinctius striatis.

⁸⁾ *Ct. sulphuripedis* supra citatae foeminae habitu affinis *Ct. gibbosus* n. sp.: *Elongato-ovatus, niger, fusco-pubescent, ca-*
pite thoraceque cum pleuris subtiliter confertim punctatis, hoc basi
utrinque late impresso, medio gibbulo; elytrorum striis dorsalibus
impressis, externis obsoletis, coxis anticis contiguis. — Long. 3 —
 $3\frac{1}{2}$ lin.

Mas: *angustior, thoracis foveis basalibus brevius triangulari-*
bus, profundioribus; abdominis segmento quinto apice arcuatim emar-
ginato, medio late triangulariter impresso, sexto longitudinaliter an-
guste excavato, excavatione subparallela, marginibus medio suban-
gulatis; tarsorum anticorum unguiculis aequalibus, paulo latius quam
in foemina lamellato-pectinatis.

Statura *sulphuripede* major, capite subtilius, sat crebrius pun-
ctato, corpore toto, epistomatis apice excepto, minus intense quam
G. Podontae species nigra, capite praecipue ante oculos longius
producto, thoracis structura, tarsorem unguiculis gracilioribus, eorum
dem structura sane ad *Cteniopos* pertinens. Antennae, quam in
citata specie, minus graciles, art. secundo relative breviore, quatuor
saltem ultimis crassioribus. Thorax longior, lateribus a basi me-
dium usque parallelus, a medio ad apicem sat rotundatus et minus
attenuatus, ante basin lateribus laxe leniterque impressus, disco
sensim ad lobum medium baseos late elevato gibbosus, fortius in
mare; gibba summa basi lineola transversa impressa, utrinque in
foveolam, maris profundiorem, desinente, limitata; lineola tenuis-
sima longitudinali obsoleta, postice profundiore medio impressus,
angulis posticis penitus rectis, aequaliter una cum pleuris confer-
tim punctatus, nitidulus (in *sulphuripede* pleurae sublaeves). Ely-
tra quam in hoc paulo densius atque profundius punctata, striis
duabus primis, uti et tertia, postice paulo fortius impressis, reliquis
obsoletis. Corpus infra paulo densius punctatum, pedibus in mare

Cistela collaris Dej., *thoracica* Meg. Hung., *collaris* Stev. Tauria = *Ct. sulphuripes* var. *collaris* Küst. foeminae, thorace modo rufo, modo fusco-maculato.

C. nigrita Fabr. Dalm. = *Podonta dalmatina* n. spec.: *Oblongo-ovata, nigra, subnitida, subtilissime pubescens, antennis capite thoraceque longioribus, apicem versus leviter incrassatis; thoracis angulis posticis subrectis, paulo retrosum vergentibus; elytrorum striis quatuor vel quinque primis profundioribus.* — Long. $3\frac{1}{2}$ —4 lin.

Mas: *tarsis anticis modice elongatis, articulis 2—4 latitudine haud brevioribus, ultimo hisce simul sumtis vix breviore, perparum apice dilatato, unguiculorum extimo paulo longiore et crassiore: segmento ventrali quinto apice subtriangulariter exciso, excisurae basi membrana repleta.*

nigris, in foemina coxis femoribusque interdum piceis. Thoracis ambitu *C. pallido* Küst. aliquantisper accedit, at structura ejus in disco longe alia, quoad utrinque potius quam impressus, longitudinaliter juxta gibbulae latera depresso, thorace ipso dorso convexiore, elytris angustiore: elytra ad humeros magis elevatula, fortius apice rotundata, striis dorsalibus profundioribus; antennis denique validioribus discedit. Pedum anticorum unguiculi infra itidem ac in *flavo* armati, in mare nempe lamella utroque aequali, modice atque uniformiter dilatata, pectine perquam subtilissime aucta muniti, in foemina directe pectinati, pectinis denticulis longioribus multoque parciорibus.

Beryto D. Truqui; e Syria Dr. Puton benevole communicavit.

Statura minore, pictura corporis alia, hoc sat convexo subtiliterque punctato haud cum *Cten. punctatissimi* Ksw. brevi descriptio convenire videtur.

C. punctatissimo Ksw. dubiosus nonnulla specimina referre censui ad Graeciae Parnassum lecta, a D. Reitter missa, quibus, summae ab auctore allatae notae convenire videntur: hisce autem omnibus maribus, tarsorum anticorum unguiculi pariter aequales at lamella a basi ad quadrantem circiter apicalem sensim dilatata atque subito rotundatim abbreviata, unguiculo ipso apice spatio quodam libero. Caput apice adhuc angustius, itidem ac thorax fortius, crebre et subrugose punctatum; thorax evidenter brevior, elytrorum latitudine, longe minus convexus, basi obsolete trisinuatus: femora antica intus omnibus obscure flavescentia, tarsi antici longiusculi.

Podonta nigritae statura et forma simillima, bisce discedit: caput paulisper minus crebre punctatum, foveola frontali nulla: thorax angulis posticis minus retrorsum prominulis, paulisper longior apicemque versus attenuatus, multo minus attamen quam in *atrata* Ksw.: elytra, etiamsi itidem subtiliter punctulata ac pubescentia, attamen nitidiora eo quod minus profunde aeu-punctulata, striis dorsalibus primis quatuor, saepe quinque, dorso antico etiam, profundius, quam normaliter in *nigrita*, impressis, omnibus plerumque striis in mare perspicuis, atque huic corpus quam in foemina paulo minus et angustius. Tarsi anticci in foemina veluti in mare constructi, paulisper, uti et unguiculus extimus, graciliores, in utroque sexu sesqui fere quam in comparativa specie longiores. Abdominis segmentum ventrale quintum maris profundius, arcus sectione angustius ellyptica, excisum, excisura medio interdum interrupta, segmento ipso inter margines depresso, apice membranaceo, alias excisura integra, ejus basi membrana depressa repleta.

A *P. Milleri*, *morione*, *elongata* atque *italica* tarsis anticis minus elongatis, ab *atrata* praeterea capite thoraceque minus fortiter punctatis, hoc minus elongato discedit. ⁹⁾

⁹⁾ *Podonta atrata* Kiesw. etiam Cypro a D. Truqui inventa, in Syria a D. Abeille reperta in coll. D. Bauduer prostat: *P. lugubris* Muls. e Turcia olim duas foeminas Prof. Frivaldszky misit: foemina quoque in vetere R. Musaei taurinensis coll. e Dalmatia asservatur: *P. Milleri* Kiesw. a Dr. Kraatz atque a D. Plason e Graecia nom. *oblonga* Ol. missa; et in Pavensis Civici Musaei coll. spec. ex Austria (erratim verisimiliter) indicatum: *P. morionis* Ksw. duo mares a D. Dieck accepi, foeminam D. Emery ad examinandum misit, omnes e Thessalonica: *P. elongata* Faust. (Horae Soc. Ent. Rossicae t. XII. pag. 317) e Daghestan corpore elongato, in mare postice attenuato *morioni* valde affinis, at longe nitidior, capite minus crebre punctato, fronte media haud foveolata; antennis pedibusque ut in illo longioribus, gracilibusque, priorum attamen in mare articulis mediis validioribus; thorace paulo minus confertim punctato, interstitiis laevigatis, elytrorum basi haud latiore; elytrorum striis dorsalibus profundius impressis, sutura postice paulo magis elevata, paulo minus dense punctulatis distinguitur. Mas abdominis segmentis ventralibus ultimis identice fere excisis, quinti itidem membrana brevi excisurae basi repleta: tarsorum anticorum pariter conformi structura. Eadem ad Astrakan a D. Lange reperta in Bruxellensi R. Musaeo asservatur.

Ead., *nigra* Dahl Austria = *P. nigrita* Fabr. ♂♀ passim et in superiore Italia, Dalmatia ac Cypro obvia species, praeter alia

Podonta italica n. sp.: *Elongato-ovato, nitidula, nigra, capite rugose thoraceque minus crebre, fortiter punctatis, antennis crassiusculis pedibusque modice elongatis; thorace lateribus sat rotundato, angulis posticis subrectis, leriter retrorsum vergentibus.* — Long. $3\frac{3}{4}$ —4 lin.

Mas: *tarsis elongatulis, articulis 2—4 longitudine sensim leniter decrescentibus, crassitie longioribus, ultimo elongato, praecedentibus tribus aequali, unguiculo extimo rix longiore latioisque: segmento ventrali quinto apice triangulariter impresso, limbo rotundatim emarginato.*

P. nigrita longior, magis parallela, nitidior, a congeneribus capitis praecipue thoracisque sculptura distincta. Caput ut in *nigrita* plane extructum, multo fortius, profundius subrugose punctatum, interstitiis attamen plerisque laevigatis, loco foveolae mediae, spatio laevi nitidissimo ornatum: antennae paullulum longiores, basi minus tenues. Thorax lateribus a medio ad basin fere parallelis, latius ea intra explanatus, ante angulos posticos profundius foveolatus, multo profundius atque minus confertim punctatus, punctura ejus minus quam in *atrata* conferta, majore quam in *elongata*, subtiliore densioreque quam in *Aubei*; basi ad trientem utrinque saepius sat profunde obliquatim impressus, sat late bisinuatus, angulis posticis subrectis, apice obtusiusculis, leniter retrorsum specantibus. Elytra pro latitudine longiora, lateribus ad trientem posticum usque subparallelia, ibi leniter ampliata, paulo minus dense, minus confuse punctulata et pubescentia, striis duabus vel tribus primis impressis, reliquis obsoletis. Pedes graciles, sat elongati, tarsis omnibus in utroque sexu simplicibus, anticis fere quam in omnibus congeneribus gracilioribus, articulo horum ultimo leniter admodum, apicem versus dilatato, unguiculo solo extimo in mare paulisper quam in foemina crassiore. Tarsorum anticorum gracilitate nec non thoracis angulis posticis leniter retrorsum vergentibus *P. corvinæ* Ksw. valde affinis videtur, at capitis thoracisque punctura fortiore, illo non magis quam in congeneribus a thorace exerto, corpore magis parallelo, elytris postice potius quam antice latioribus, praeter alia, apprime distinctam censeo.

In media Italia passim obvia, eam ad Adriatici litora in Carunculi floribus una vice copiose legi: varietatem statura dimidio

tarsorum anticorum structura inter congeneres facile dignoscenda species, maribus verumtamen compluribus, qui studio praesto fuere, non identica adamussim, utpote a cl. Kiesenwetter delineata, tarsorum anticorum conformatio contingit, duobus nempe solummodo ex Insubria atque e Styria unguiculus anticus regulariter arcuatus, extimus modice incrassatus: reliquis e contra pedemontanis, germanicis, styriacis, hungaricis ac cypriis quos vidi unguiculus anticus ad trientem basalem circiter sat curvatus, ibi crassior, pone flexum subrectus ac sensim gracilior, extimus sat incrassatus. Mares hi caeteris *nigritae* omnes notas proprias praeseferentes, tum capitis thoracisque punctura hujusque structura cum *atrata*, cui unguiculorum forma accedunt, haud confundendi.

Ead. Graeciae ins. Milo, *carbonaria* Stev. graeco Arcipe-lago = *P. Aubei* Muls. e statura majoribus, foemina thorace elytrisque leviter nigro-coerulescentibus, characteribus caeterum cum genuinis omnino conformes, quaedam olim liberalitate D. Kiesenwetter habui; tum cum permultis, plerumque minoribus, quae in Bruxellensis R. Musaei coll. asservantur e Graecia a D. Lange allatis, quibus interdum etiam nigredo subcoerulescens adparet.

Ead.? var. an n. sp.? Schönherr Chersoneso = *P. ambigua* Kiesw. mas.: foeminam in coll. D. Bauduer vidi e Syria a D. Abeille relatam.

Omophlus lepturoides Fabr. Gallia mer., Hispan., Liguria Spinola, *major* Gené Lombardia, Dalm., Sard., Sicil. = *O. betulae* Herbst, *lepturoides* Fabr. Dalmatini quidam variant thorace paulo breviore, pedibus piceis; foeminae, utpote sicutis interdum ac sardois, elytrorum interstitiis alternis angustioribus elevatulis, alternis latioribus planatis: haud raro insuper sardoa et sicula obveniunt specimina, mares praesertim, statura dimidio minora, thorace lateribus magis rotundato, dorso minus impresso, elytrorum striis paulo profundioribus, hisce attamen characteristicis speciei notis haud cum ei valde proximo *O. fallacioso* Rott. confundendis, cui, praeter alia, elytra nitidiora, vix perspicue striata, fortius parcusque seriatim punctata, unguiculi maris edentati.¹⁰⁾)

fere minorem, thorace utrinque latera secus minus explanatulo, profundius vero angustiusque ante angulos posticos foveolato D. Emery Neapolim prope collegit atque amice donavit. Nomine *P. oblonga* Ol. in coll. nonnullis inscripta.

¹⁰⁾) *O. longicornis* Bertol., prout a D. Kirsch delineatus,

Varietatis *pilosellus* Kirsch sicula dumtaxat ac smyrneum spec. vidi: *alpino* Mill. tribuendas censui foeminas statura plerumque majores, elytrorum striis obsoletioribus, interstitiis leniter rugosulis; nonnullas elytris fortius rugulosis, subintrinsicatis nom. *elongatus* Küst. et *orientalis* Muls. e Dalmatia in collectionibus inscriptas vidi. · *O. orientalis* Muls. porro genuina turcica non modo, sed et syriaca atque egyptiaca nonnulla studio praesto fuere.

Id. var. Podolia australi Besser = *O. quadricollis* Br., *flavipennis* Küst.

Id. var. Rossia mer. Steven = *O. caucasicus* Kirsch ♀ species et in Sarmatia asiatica a D. Van Volkem collecta e R. Mus. Bruxellensi.

Id. var. Tauria Steven = *O. volgensis* Kirsch ♂♀, etiam a D. Van Volkem cum praecedente.

Id. var. Tauria? Ménétriés = *O. pilicollis* Fald. ♂ cum smyrnensi collectionis meae foemina, sat cum *hirtelli* Kirsch descriptione meo judicio congruente, habitu ac praecipuis notis conveniens, statura attamen paulo minor, elytris pube paulisper longiore induitis; tarsis anticis art. ultimus haud ei dilatatus, unguiculi edentati; notis hisce nec non thorace basin versus haud attenuato praesertim a *propagato* Kirsch distinguendus, cui elytrorum sculptura tantisper accedere videtur. ¹¹⁾

hungarica solummodo genuina Doctor Rosenhauer olim misit, quae-dam, patria incerta, in coll. D. Pirazzoli; caetera omnia in coll. italicis hoc nomine inscripta, quae examinare contingit, ad *O. rugosicollis* Br., *brevicollis* Muls. marem referenda.

¹¹⁾ *O. propagatus* Cypro pluribus speciminibus a D. Truqui collectus, atque erratim ab ipsomet nom. *orientalis* Muls. olim entomologis missus, insulae propria, quoad mihi notum, species, elytris ut plurimum in mare flavo-, in foemina rufo-testaceis. Mas minor, capite pone oculos prominulos leniter constricto, antennis longioribus, elytrorum dimidium attingentibus, earundem articulis cylindricis, palpis apice paulo magis oblique quam in foemina truncatis; thorace basin versus paullulum attenuato; pedibus, tarsis praesertim, gracilioribus, tibiis anticis extus haud spinulosis, tarsorum antecorium articulis mediis latitudine fere longioribus, ultimo extrosum vix dilatato, unguiculo extimo basi denticulo munito; abdominis segmento quinto saepe medio impresso, sexto profunde ut in affinibus excavato. Ab *O. falsario* Kirsch, cujus syriaca ambo

Id. var. *Etruria Passerini* = *O. dispar* Costa: duo huc accedunt sicula specimina, *dispar* ♀ et *infirmus* Kirsch ♂: cum hoc

sexus vidi, thorace minore, postice plus minusve attenuato, subtilius punctulato, elytris pube minus brevi, evidenter reclinata induitis, corpore infra subtilius villoso, antennis in mare relative longioribus brevioribusque in foemina, praeter tarsorum in illo structuram plane distincta species.

O. propagato pluribus proxime affinis *O. melitensis* n. sp.: *Niger*, *elytris testaceis*, *infra griseo-villosus*, *supra breviter flavopilosus*; *capite thoraceque fortiter punctatis*, *hoc transverso, subtiliter marginato*, *antice recte truncato*, *utrinque transversim biimpresso*; *elytris punctato-rugosis*, *dorso substriatiss*, *margine laterali breviter explanato*, *epipleuris ad trientem anticum subito abbreviatis*. — Long. 4—4½ lin. ♀.

Nitidus, elongatus, postice haud dilatatus, elytrorum praesertim epipleuris brevibus, mox pone metathoracis epimera subito abbreviatis, margine earum supero cariniformi, leniter explanato, epimerum regionem vix excedente atque abrupte fere desinente, nec non thorace densius profundiusque punctato ab affinibus distinctus. Caput cum oculis modice prominulis thoracis margine antico haud latius, eos pone haud constrictum, fortiter ac profunde, sat crebre, vix antice parcius, punctatum, impressione transversa antica ac frontalibus inter oculos obliquis sat profundis; antennis crassiusculis, elytrorum quadrantem anticum vix attingentibus, articulis 4—7 obconicis. Thorax transversus, longitudine duplo fere latior, basi apiceque subrecte truncatus, lateribus modice, anterius fortius, rotundatus, sat atque uniformiter circumcirca marginatus, mediocriter crebre, sat fortiter profundeque punctatus, margine laterali parum admodum postice reflexo, utrinque transversim lateque biimpressus, fovea ante scutellum plus minusve conspicua; pariter ac caput pilis flavidis parum longis densius quam *syriacus*, *propagatus* et affines obtectus. Elytra elongata, subparallelia, veluti fere ac in *propagato* exculta, interstitiis adhuc fortius rugoso-intricatis, a triente antico inde subtilime marginata, pilis flavis, reclinatis e punctura exorientibus ornata. Corpus infra albido-villosum, tibiis rectis, hisce tarsisque interdum obscure ferrugineis, tarsorum anticorum articulis mediis latitudine haud longioribus.

Duo foeminae e Melita in coll. D. Bauduer hoc nomine inscriptae, foemina pariter in coll. mea olim a D. Truqui ex eadem

postremo coll. meae siculum spec. aeque ac quaedam a Sarmatia asiatica (Astrakan) a D. Van Volkem in R. Bruxell. Musaeo relata aptenus convenire videntur.

Omophlus pinicola Meg. Gall. mer., Helv., Austr., Dalm., Hung., Ital. = *O. rugosicollis* Br., *brevicollis* Muls. agriculturae sat infestus, superioris Pedemontii aliquot annis primovere tritici agros numerosus invadit atque florentes spicas erodit.

Id. Austria = *O. Proteus* Kirsch.

(*O. dilatatus* Fald. Persia a D. Breme = *O. id.* unica foemina Faldermanni descriptioni mea sententia sat consona, *Protei* foeminis, quibus thorax basi minus recte truncatus, latius utrinque cum angulis posticis rotundatus perquam affinis, caeteris fere conformis.)

O. armillatus Parr. Corfu Parreyfs, Sicilia = *O. id.* Br. ♂♀: foemina e siculis variat thorace basin versus vix attenuato, plagis duabus in disco laevissimis, elytris piceis, ore, palpis, antennarum art. quinque basalibus, pedum quatuor anteriorum femoribus dimidio apicali, tibiis tarsisque flavo-testaceis. ¹²⁾)

insula verisimiliter relata: a *syriaco* et *varicolore* antennis multo minus incrassatis, thorace, basin versus praesertim, latiore elytrisque flavis praeter alia abscedit.

¹²⁾) Epimerum structura *armillato* proximus *O. Baudueri* n. sp.: *Niger*, *elytris testaceis*, *infra pubescens*, *supra parce brevissimeque pilosus*; *capite thoraceque fortiter punctatis*, *hoc transversim subquadrato*, *subtillime marginato*, *leniter utrinque impresso*; *scutello brevi*; *elytris punctato-rugosis*; *dorso obsolete striatis*, *epipleuris integris*. — Long. $3\frac{1}{2}$ —4 Mill.

Mas: *Palporum maxillarium art. ultimo fortiter oblique truncato*; *pedum anticorum tarsis art. ultimo leniter incrassato*, *denticulo ejus antico extus ante basin denticulo recurvo munito*; *abdominis segmento quinto integro*, *sexto medio late circulariter impresso*, *impressionis marginibus abrupte at modice elevatis*, *fundo planato*, *medio apice breviter carinato*.

Niger, *nitidus*, *disparis minoribus facie proximus*, *thorace fere ut in lucido constructo*, *elytris ut in propagato reticulato-punctatis*. Caput cum oculis parum prominulis thoracis margini antico latitudine subaequale, convexum, mediocriter dense, uniformiter fere punctatum, spatiis parvis frontis mediae laevioribus, impressionibus normalibus plus minusve obsoletis. Antennae mediocres, filiformes,

Omophlus pallidipennis Meg. Germar., Austr., Hung. = *O. amerinae* Curtis et var. *lividipes* Muls.

Id. var. Gallia mer. = *O. frigidus* Muls. ♂♀ et in Pedemontio obvia species.

Id. var. *sparsopunctatus* Ross. mer. Ménétriés = *O. subalpinus* Mén. mas cum altero alias in theca reposito a D. Mannerheim e Caucaso Marchioni a Breme utpote genuino *pilicollis* Falb. = *subalpino* Mén. misso omnimode conveniens. Ambo *subalpini*

elytrorum medium in mare attingentes, paulo breviores in foemina; palporum omnium art. ultimus in mare valde oblique truncatus, maxillarium margine interiore externi dimidium parum excedente, idem in foemina gracilior, apice leniter oblique truncatus, margine interiore externi quadrante tantum breviore. Thorax longitudine sesqui fere latior, lateribus parum rotundatus, subparallelus, quadrante antico leniter rotundatim attenuatus, apice recte, arcuatim fere truncatus, transversim sat convexus, nitidus, subtillime, basi solummodo conspicue, marginatus, perparum lateribus reflexus, leniter utrinque impressus, impressionibus reliquis plus minusve obsoletis; fortiter, uti caput, at multo minus dense punctatus, pilis brevissimis albidis, facillime caducis parcus quam in illo obsitus. Scutellum quam in affinibus majus ac brevius, foeminae semicirculare, in unico mare apice abrupte truncatum, inde brevissime inflexum, sublaeve. Elytra testacea vel testaceo-ferruginea, elongata, subparallelia, striis duabus vel tribus dorsalibus, apicem versus praesertim conspicuis, caeteris obsoletis, sat fortiter punctata, interstiis intricato - rugulosis, punctura tenuissime brevissimeque pilifera, limbo laterali tenui, apicem usque fere uniformiter angusto: epipleura basin versus plerumque excavata, sub humeris latitudine *curvipedi* aequalia, at mox, longe minus cito, sensim apicem usque prope gradatim attenuata. Prosterni processus inter coxas evanescens; thoracis pleurae atque epimera metathoracica crebre fortiterque punctata; corpus totum infra haud villosum, sed breviter parceque pubescens, pedum pube densiore, subsericea; tibiae rectae, tarsi mediocriter graciles, antici maris articulis tribus mediis latitudine fere longioribus.

Marem et quinque foeminas e Syria D. Bauduer ad examinandum benevole communicavit; speciem ab humanissimo atque eximio Collega dicere gratum munus; methodice post *armillatum* collocanda.

Mén. descriptioni singillatim, meo judicio, conformes, thorace subquadrato, margine utrinque haud reflexo, angulis posticis obtusis, fortiter punctato ab affinibus minoris staturaे omnimode discedentes; species verumtamen facie ac thorace nigro - villoso *amerinae* proxima, inter congeneres villositate elytrorum atra, longa, suberecta, nec non a plerisque speciebus, illis parce fortiterque punctatis, obsolete striatis distinguenda. A *pilicollis*, prout a Faldermannio descriptus, sive elytrorum sculptura et nitore, sive corporis villositate intense atra prorsus abscedit. Mas tarsorum abdominisque structura parum ab *amerinae* discedit; antennae et palpi fere itidem constructa, prorsus nigra, epipleurae paullulum longius quam in illius mare productae, statura ejus minorum aequalis. Variat thorace modo lateribus a basi medium ultra parallelis, modo basin versus leniter, minus autem quam apice, attenuato.

Id. var. *pilicollis* Fald. Persia occid. Faldermann = *O. id.* Fald. ♂; etiamsi statura minor, *lividipedi* Muls. aequali, forma tam sculptura ac corporis villositate cum supra citato mare apprime confert; ab eodem thoracis impressione transversa anteriore obsolete elytrisque brevius pilosis solummodo variat: ab *O. pilicollis* Fald. descriptione attamen, pariter ac duo e Baku a D. Faust benevolè missi, thorace nec rude punctato nec subcicatricoso, elytris nitidis, leviter striatis, parum dense pilosis differt.

Id. var. *ochraceus* Fald. Persia occid. Falderm. = *O. ochraceipennis* Fald. cui pro synonymo, mea sententia, ex maris praecipue insignibus *Omophlus tarsalis* Kirsch subjungendus: plura ejus specimina in R. Musaei Taurinensis collectione sive e Rossia meridionali, sive e Georgia rossica, tum quaedam e Caucaso a D. Doria relata cum descriptionibus ambobus congruunt; foeminam porro solummodo Faldermann novisse ex descr. videtur.

O. picipes Fabr. Germ., Pedemontio, Etruria Passerini, Dalmatia = *O. id.* ♂♀.

O. curvipes Dej. Gallia mer. Solier et Cerisy, Sicilia Famin = *O. id.* Br. ♂♀: sicula plerumque statura minora, thorace angustiore variant, at normaliter depicta atque illius praesertim forma a graeca varietate *galbanato* Ksw. bene distincta. Accedunt hispanicum spec. a D. Ghiliani alterumque nom. *attenuatus* e Gall. mer. a D. Laferté huc referenda.

O. syriacus Dej. Syr. = *O. id.* Muls. ♂.

(*O. . . ?* Ross. mer. a D. Breme conditus = *O. marginatus* Kirsch duo mares descriptioni aptenus convenientes.)

Omophlus arcuatus Gebl. Sibiria Gebler = *Cteniopus arcuatus* Gebl. unicus mas elongatus, subcylindricus, *Ct. altaico* statuta, elytrorum praecipue, palporum, antennarum pedumque structura conformis, profunde nigro-piceus, tarsorum unguiculis rufescientibus, anticis eadem ratione ac in *flavi* mare dilatatis; corpore, capite thoraceque exceptis, pube subtilissima, depressa, fusca equidem dense ac in citata specie induto. Caput quam in *altaico* paulo latius, multo minus dense, vix subtilius punctatum, fronte inter oculos leniter elevata, sublaevi, impressione inter antennas profunda, latiuscula, utrinque abbreviata. Thorax forma proprius *Heliotauris (oranensi)* Reitt. ex. gr.) accedere videtur, nitidus, subquadratus, obsoletissime basi bisinuatus, lateribus ad trientem anticum usque subparallelis, inde arcuatim convergentibus, apice truncatus, angulis anticis rotundatis, parum declivibus, posticis rectis, apice obtusatis, capite subtilius, parum dense punctatus, intra latera media sat profunde, transversim ante basin, ab hac remote, arcuatim impressus. Scutellum sublaeve. Elytra basi summa laeviuscula, subtiliter admodum, fere minus profunde quam in *C. flavo* striata, stria octava obsoleta, tribus primis postice profundioribus, interstitiis planis, subtilissime punctulatis; epipleura a basi ad apicem sensim regulariter attenuata, sat longo earum tractu medio marginibus parallelis, latius quam in *altaico* distantibus. Corpus inferne itidem fere uti in hoc punctulatum, prosterni autem processu, utpote in *flavo* inter coxas angustiore, eas inter penitus proficiente, postice etiam carinae instar conspicabili. Abdominis segmentum quintum (in ♂) medio late impressum, sextum profunde circulariter excavatum, lobis utrinque latis, convexis, apicem versus triangulariter acuminatis, margine extimo nigro-piloso, supero recto, tenuiter flavo-ciliato.

Omophlus coeruleus Fabr. Barbaria Latreille, Oran S. Farreau, Algerio = *O. (Heliotaurus) id.* ♂♀, commixtis *O. menticornis* Reitt. ind. quibusdam. *O. coeruleus* non modo coxis anticis rotundatis, nec acuminatis variat, sed et menti cornu interdum plus minus obsoleto.

Id., *violaceus* Klug Aegypto = *O. angusticollis* Muls. ♂.

(*O. virescens* Dej. Barbaria = *O. tuniseus* Fairm. ♀ statuta eis major, quae a Prof. Lessona e Tunetana provincia (Gafsa, Susa) relata ac in coll. prostant: illis conformis quae copiose D. Van Volkem (in R. Musaei Bruxell. coll.) e Constantina Algiriae collegit, utpote nonnullis ex Oran in coll. D. Bauduer conditis. Corpore longiusculo, nitido, foeminis praesertim superne glabro, praeter ab auctore allata (Annali del Museo Civ. di Genova Vol. VII.

1875. p. 529) ab affinibus mihi notis tarsorum articulo ultimo longiore maxime distinguenda sp.; iste maris pedibus anticis praecedentium quatuor simul longior, medio subcompressus, ungula anteriore inferne excavata, excavationis margine postico pectinato, antico integro, medio fere dilatato. Mentum maribus plerisque dumtaxat villosum, aliis breviter obtuseque mucronatum. Elytra ut plurimum in mare utrinque perparce pilosula, ante apicem lateribus plus minusve compressa apiceque magis attenuata, foeminae glabra. Utroque sexu saepius margo epimerum inferus subtiliter castaneus, vix interdum postice a supero distinguendus.)

Omophlus ruficollis Fabr. Hisp., Lusitania, Barbaria Tangeri Goudot = *O. id.* ♂♀: hispanicis pluribus a D. Ghiliani collectis nounnulla accedunt nom. *fucus* Breme ined., mares omnes ad varietatem *incertus* Muls. referendi, thorace non modo corpori con colore, sed et eodem basi minus ampliato, perparum quam apice latiore a genuino *ruficollis* discedentes.

(*O. rufimanus* Chevr. Oran S. Fargeau, Algerio = *O. distinctus* Lap.)

O. Buqueti Dej., *nigrifrons* Buq. Algeria Buquet = *O. distinctus* Lap. ♂♀ varietas epistomatis apice, labro, mandibulis pedibusque rufo-testaceis, femoribus basi fuscis.

(*O...?* Algiria a D. Breme = *O. Perroudi* Muls. ♀.)

O. nigripennis Fabr. Algiria Schönherr = *O. id.* ♂♀.

Id., ruficeps Dej. Barb. = *O. id.* var. *erythrocephalus* Sol. ♀.

O. abdominalis Dej. Barbaria Solier, Tangeri Goudot = *O. id.* Lap. ♂♀.

(*O. rubriventris* Chevr. Oran S. Fargeau = *O. erythrogaster* Luc.)

O. rufiventris Waltl Hisp. Sturm et Rambur = *O. id.*

(*O. erythrogaster* Dej. Oran S. Fargeau = *O. ovalis* Lap. ♂♀.

PYTHIDAE Lacord.

Pytho depressus Linné, Schönh., *coeruleus* Fabr. Suecia, Germ.; var. *festivus* Fabr. Hung.; var. *castaneus* Fabr. Volhynia, Suecia, Lapponia = *Pytho* id. cum varietatibus plus minusve dilutioribus. Mari tarsi antici paulo longius quam in foemina utrinque flavo-ciliati, abdomen dense punctulatum, segmento ultimo latius apice subtruncato; idem in foemina parce punctatum, segmento ultimo apice magis rotundato.

Salpingus ater Payk. Snecia, Styria = *Salpingus* id.¹³⁾)

S. rufilabris Dej., *planirostris* Gyll. Suec. Gyllenhal = *S. foveolatus* Ljungh.

S. bimaculatus Gyll. Finlandia = *S. id.*

S. rufescens Dej., *rufoaeneus* Müll. Germ., *piceus* Germ. Berolini Schüppel = *S. castaneus* Panz.

S. humeralis Dej. Lombardia Villa = *Lissodema denticolle* Gyll. var. *elytris macula tantummodo humerali notatis*.

S. quadriguttatus Latr. Parisiis, Gallia mer. = *Lissodema denticolle* Gyll. et varietates.

S. limbatus Dej. Gall. Latreille = *Lissodema lituratum* Costa.

Rhinosimus aeneus Oliv. Gallia bor., Amiens = *Rhinosisimus* id.

R. planirostris Fabr. Parisiis, Calvados, Germ., *fulvirostris* Payk. Suecia = *R. id.*

R. ruficollis Panz. Paris., Styr., *viridipennis* Ziegl. Austr. alp., Hung. Frivaldszky = *R. viridipennis* Latr. Muls.

(*R. roboris* Fabr. Germ., Austr. Ullrich, *ruficollis* Gyll. Suecia = *R. ruficollis* Lin.

¹³⁾) *S. atri* minimis speciminibus unicum summopere affine Cypro a D. Truqui lectum, nom. *palpalis* in collectione inscriptum. Praeter staturam omnium minorem, ab *atro*, quo cum colore nigro-aeneo, antennis basi pedibusque rufo-testaceis congruit, hisce distinguitur. Caput multo minus crebre, fronte parcius, punctatum, apice sublaeve, latius truncatum; oculis minus porrectis; palporum maxillarium art. ultimo oblongo-ovali, vix apice obtusato vel truncato; antennis haud abrupte clavatis, sed gracilioribus ab art. sexto fere sensim apicem versus incrassatis, articulis 8—10 angustius quam in illo obconicis. Thorax eadem fere structura, at basi fere angustior, lateribus anterius paulo magis rotundatus, latitudine ejus maxima apici proprius sita, parcius, disco praesertim, punctatus. Elytra regulariter, ipsamet basi, seriatim punctata, punctis minus profundis minoribusque, latius apice obsoletis, pilis erectis flavis sparsim ornata.

A *S. Reyi* Abeille statura minore, capite thoraceque parcius adhuc punctatis hoc aliter exculpto, elytris pilis conspersis nec non palporum articuli ultimi structura aptenus distinctus.

Anne ad *nitidum* Chevr. referendus mihi ex descr. valde dubiosum.

Agnathus decoratus Germ. Gall. Latreille = *Agnathus* id. in Pavensi etiam atque Pisana provincia poenes nos repertus, copiose olim in palationis juxta Padum fixae fungis circa Placentiam collectus.

MELANDRYDAE Lacord.

Tetratoma fungorum Fabr. Parisiis, Calvados, Gall. mer. = *Tetratoma* ead. normanum specimen variat corpore toto rufo-testaceo.

T. Desmaresti Latr. Parisiis Latreille = *T. ead.*

T. variegatum Dej. Croatia, Finlandia = *T. ancora* Fabr. ¹⁴⁾

Eustrophus dermestoides Fabr. Pariis, Germ., Styria = *Eustrophus* id.

Orchesia micans Fabr. Parisiis, Gall. occid. et orient., Styria, Bavaria = *Orchesia* ead. Fabr. sardoa addita ac superioris Italiae specimina, et in Algiria.

¹⁴⁾ *T. crenicollis* n. sp.: *Nigro-picea, nitida, flavo-pilosa, epistomate, antennarum basi thoracisque margine (laterali crenulato) rufo-testaceis, palpis, pedibus elytrorumque maculis sex testaceo-flavis; fortiter punctata, scutello punctulato, maculae flavae inclusa; antennis longiusculis.* — Long. $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{3}{4}$ lin.

T. ancorae et *Baudueri* intermedia, corpore superne illa paulo crebrius, hac, cui maxime proxima, minus crebre punctata ac minus pilosa, elytrorum maculis fere itidem ut in priore dispositis atque effictis, macula insuper communi circumscutellari ut in *Baudueri*, latiore, notatis. Caput paulo minus crebre quam in hac punetatum, antice rufo-testaceum; antennae ut in ea constructae, at longiores, articulis sex vel septem primis rufo-testaceis, 2—6 longioribus, leniter obconicis. Thorax antice paulisper magis attenuatus, angulis anticis obtusiusculis, paulo angustius rotundatis, margine laterali evidentius crenulato. Scutellum obscurum. Elytra humeris minus elevata, apice vix minus profunde quam dorso punctata, margine inflexo distincte punctulato. Corpus infra ut in *Baudueri* punctatum, abdominis punctura minus densa. Tarsi postici art. primo ultimo longitudine aequali. Foemina statura plerumque major, praesertim longior: pluribus quae *T. Baudueri* vidi statura in utroque sexu subaequalis; hujusce spec. paulo majus ex Etruria indicatum vidi.

Sex specimina e Cypro insula a D. Truqui relata.

Orchesia fasciata Payk. Suecia, Croatia = *O. undulata* Kr. Sardinia quoque atque Liguriae Apenninis.

Hallomenus humeralis Fabr., *bipunctatus* Payk. Suecia, Finlandia, Germ., Styria = *Hallomenus* id. Pánz.

H. fuscus Gyll., *axillaris* Gyll., *bipunctatus* var. Payk. Suecia = *H. id.*

(*H. foveolatus* Bavaria sup. = *Abdera affinis* Payk. et *H. fuscus* Gyll. ambo immatura.)

(*Abdera 4-fasciata* Curtis (*Hypulus*), Gall. a D. Breme.)

H. affinis Payk. Suecia, Finlandia, Austria Parreyss = *Abdera* ead.

H. flexuosus Payk. Suecia, *undatus* Panz. Austr. sup., Gall. or. = *Abdera* ead.

Dircea discolor Fabr., *Xylita buprestoides* Payk. Suecia, Finlandia, Germ., *laevigata* Bess. Volhynia, Ross. Mosca = *Dircea laevigata* Hellen.

ead. var. *rufipes* Bess. Volhynia = *D. laevigata* var. elytris castaneis, tibiis tarsisque rufo-ferrugineis.

D. rufipes Gyll. Finlandia, *livida* Dej. Cat. Austria = *D. livida* Sahlb.

D. laevigata Ziegl. Styria = *D. ead.* Hell. a supra memorata nullomodo discedens.

D. Parreysii Dej., *modesta* Parr. Rossia mer. = *D. ead.* Muls. habitu ei, corpore planiusculo, fusco-brunneo conformia Cypro complura D. Truqui collegit; identicum et in Alpibus nostris a D. Meda repertum; etrusca quaedam utroque sexu majora, magis convexa, antennis in mare validiusculis, articulis quarto quintoque majoribus insignia, palporum maxillarium art. ultimo fortius dilatato, apice rotundatim ampliato: corsica spec. plerumque dilutiora, nom. *Revelieri* Muls. in collectionibus donata. Alpina specimina fortius, densius punctata videntur.

D. modestae Dej. Ross. mer. unicum spec. deperditum.

D. quadriguttata Fabr. Croatia Parreyss, Gall. mer. = *D. ead.* Payk. uti a D. Mulsant delineata, *quadrimaculata* Ill. sec. D. Kraatz: identica et e Pedemontio, Liguria atque Hungaria vidi, thorace omnibus sat profunde confertimque punctato, elytrorum maculis ochraceis plus minusve latis.

Duo e Finlandiae sequuntur eodem nom. inscripta specimina, quorum alterum apprime cum praecedentibus congruit; primum autem pariter nigrum, antennis basi, palpis tarsisque ferrugineis hisce abscedit: thorax paulisper minus crebre, antice praesertim, puncta-

tus, sulculo basali ante scutellum evidentiore, longiusculo; scutellum apice subtruncatum; elytrorum maculae ochraceae minores, antica extus recta, intus elytrorum dimidiata latitudinem vix exce-
dente, obliquatim anterius sensimque angustius basin versus pro-
ducta; postica transversa minore, subreniformi, anterius irregulari-
ter bisinuata, postice sat emarginata: genuina fortasse *quadriguttata* Payk. sec. Kraatz, specifice tamen vix a praecedente distin-
guenda.

Dircae a ferruginea Payk. (*Xylita*) Suecia, Helvetia =
Zilora ead. Payk.

D. variegata Fabr. Gallia occid. et merid. = *Marolia* ead.
Bosc. ¹⁵⁾)

¹⁵⁾) *Opsigonus* n. gen. Caput modice inflexum, thorace re-
ceptum, pone oculos haud attenuatum; oculi rotundati, prominuli,
antice vix emarginati, sat grosse reticulati: antennae subfiliformes,
sub frontis latera ante oculos insertae, tenues, articulo primo longo,
obconico, secundo tertioque subaequalibus, singillatim primo dimi-
dio fere brevioribus, obconicis, quarto-sexto brevioribus, ovatis, in-
ter se aequalibus, sequentibus oblongo-ovatis, subcylindricis, horum
septimo atque undecimo paulo longioribus: palpi maxillares articulo
primo tertioque subglobosis, parvis, secundo filiformi, valde elongato,
quarto basi gracili, mox valde triangulariter dilatato, apice
truncato, lateribus leniter rotundato, extus vix sextante quam intus
longiore. Thorax latitudine longior, basin versus leniter attenua-
tus. Scutellum breve, transversum. Elytra ad humeros rotundata,
abinde ultra medium fere usque parallela, uniformiter punctata.
Metasterni epimera apicem versus leniter attenuata. Coxae anticae
contiguae; tibiae apice tenuissime breviterque calcaratae; tarsorum
articulus penultimus profunde in lamellas graciles fissus. Corpus
subcylindricum, punctatum, villositate minus tenui superne obtectum.

Opsigonus Krüperi n. sp.: *Elongatus, brunneus, antennis,*
ore pedibusque testaceo-ferrugineis, griseo-villosus, capite depresso
rugoso, thorace convexo, aequali confertim, elytris fortius sat crebre
punctatis. — Long. $1\frac{1}{2}$ lin.

Statura minimis *Maroliae variegatae* fere minor, longe con-
vexior at subcylindricus, corporis punctura, elytrorum praesertim
inferne itidem fere fortis ac profunda, pari fere ratione diffusa, vil-
lositate autem albescente multo minus tenui ac longiore obtectus.
Caput thorace angustius, fronte planiusculum, apicem versus ab au-

Dircaea undulata Dej. Gallia occid. = *Abdera griseoguttata* Fairm. ex imaginibus in *Populus albae* ramulis repertis quatuor ejusdem exempla D. Betta Pavensis Entomologus obtinuisse admonet.

D. triguttata Gyll. Suecia, Finlandia = *Abdera* ead.

Ead. Gall. or. Lyon = *Abdera* ead. var. *scutellaris* Muls.

Mycetoma suturale Panz. Germ. Schüppel, *phalerata* Ziegler Hung., Pyrenaeis Dufour = *Mycetoma* id.

Hypulus bifasciatus Fabr. Austr. = *Hypulus* id.

H. quercinus Payk., *Dircaea dubia* Fabr. Styria = *H.* id.

riculis antennariis modice elevatulis, leviter rotundatis modice attenuatum, apice subtruncatum, epistomate impressione obsoleta, subarcuata a fronte distincto, creberrime, parum profunde rugoso-punctatum, breviter villosum; labrum punctulatum, transversum, apice subrotundatum; mandibulae apice atrae, laeva ante apicem excisa, apice acuminata, dente supero validiusculo; palpi testacei: antennae thoracis basin longitudine quadrante fere superantes, graciliusculae, pubescentes. Thorax transversim sat convexus, apice recte, basi subarcuatim truncatus, lateribus, paulo ante medium maxime, leniter rotundatus, basin versus leniter attenuatus, angulis posticis valde obtusis, anticis deflexis una cum laterum dimidio antico cum pleuris confusis, confertim sat fortiter punctatus, areola medio disco irregulari laevi, villositate subdepressa indutus. Scutellum perquam breve, late rotundatum. Elytra summa basi thorace haud latiora, subito vero sat rotundato-ampliata, unde humeris thoracis maxima latitudine fere, ejusdem baseos sat latiora, ab eis medium usque ultra subparallela, leniter tantum rotundata, a triente postico apicem usque sensim attenuata, apice extus sat, ad suturam parum rotundata, abdomen totum haud obtententia, dorso modice convexa, utrinque fortiter convexo declivia, margine laterali infero, subtili cum epipleuris paulo ante apicem abbreviato, mediocriter crebre, sat profunde punctata, uti reliquum corpus brunnea, ante humeros et suturam secus paullulum dilutiora, nitidula, villositate albescente longiore ac minus depressa induta. Corpus infra nitidum, pectore fortiter, abdomine subtilius punctatum, illo villosulo, hoc pubescente. Pedes graciliusculi, tibiis, posticis praesertim, linearibus, tarsis posticis art. primo sequentium trium longitudinem fere superante.

Unicum spec., foemina verisimiliter, a D. Bauduer amice communicatum, in Attica a D. Krüper, in cuius honorem species indita, repertum: genus prope *Maroliam* methodice collocandum censeo.

utraque sp. et poenes nos repertur; *bifasciatus* hand raro thorace penitus ferrugineo, elytris dimidio antico immaculatis variat.

Serropalpus barbatus Fabr. Suecia, *striatus* Latr. Parisiis, Austria, Finlandia = *Serropalpus* id. Schall.

S. Vaudoueri Latr. Gall. occ. = *Phloeotrya Vaudoueri* Muls.

Conopalpus flavicollis Gyll. Suec., Parisiis = *Conopalpus testaceus* Oliv.

C. thoracicus Dej. Dalm. = *C. brevicollis* Kr. ♀ var. *thoracicus* genuino duplo fere major, ore toto cum epistomate atque auriculis antennariis flavo-testaceo; thorace basi utrinque profundius sinuato, scutello etiam flavo-testaceo, elytris obscurius nigrocyaneis, paulisper fortius punctatis, interstitiis dimidio antico plus minusve transversim rugatis, impressione dorsali circa trientem anticum nulla. Quaedam et in Alpibus Pedemontii a DD. Ghiliani et Sella reperta.

C. collaris Dej. Gall. mer. = *C. brevicollis* Kr. ♂.

Scotodes annulatus Esch. Livonia, *Pelmatopus Hummelii* Fisch. = *Scotodes* id.

Melandrya serrata Fabr., *caraboides* Oliv. Paris., *dentata* Passerini Etruria; Austria, Pyrenaeis or., Pedemontio = *Melandrya caraboides* Lin.

Var. *barbatae* Jenisson Germania spec. deest; prostat vero spec. pyrenaenum minus maturum, elytrorum margine pedibusque rufo-testaceis, ind. in coll. mea optime explicatum coloratumque palpis non modo sed et tibiis tarsisque rufo-ferrugineis variat. Duo in coll. Dej. ex America boreali cum europaeis omnimode conferre videntur.

M. sulcata Dej. Parisiis Chevrolat = *M. flavigornis* Duft. var. *Goryi* Cast.

M. canaliculata Fabr. Suecia, Finlandia, Curonia Germar, Austr. Ziegler et varietates *serrata* Bess., *castanea* Bess. Volhynia = *M. dubia* Schaller; minus maturis vel thorax tantummodo pedesque plus minusve picei, vel corpus supra piceum aut castaneum, pedibus dilutioribus.

M. flavigornis Duft., *barbata* Sturm Austr. sup. = *M. ead.*

M. Kieberi Mannb. Kamtschatka = *M. rufipes* Gebl.

M. ruficollis Fabr. (*Dircea*) Finlandia Sahlberg = *Phryganophilus* id.

Nothus clavipes Meg. Hung. = *Osphya bipunctata* Fabr. mares, plerique majores, thorace late rufo limbato, lineola media rufa conspicua, femoribus valde incrassatis.

var. femoratus Meg. Hung., Austria Dahl = *O. bipunctata* mares, plerique minores, thorace vel concolore, vel anguste ferrugineo-limbato, femoribus interdum vix incrassatis.

N. bipunctatus Ill. Hung., *praeustus* Oliv. = *O. ead.* Fabr. foeminae testaceae vel thorace concolore, vel eodem plus minusve late bimaculato.

var. bipunctatus Oliv. Hung. = *O. ead.* Fabr. foeminae thorace ut supra, elytris fuscis aut piceo-griseoscentibus.

Stenotrachelus aeneus Payk. (*Calopus* Schh.) Suecia, Lapponia = *Stenotrachelus* id.

LAGRIDAE Lacord.

Lagria hirta Fabr. Parisiis, Gall. int. et merid. = *Lagria atripes* Muls. sp. et in tota Italia diffusa.

L. pubescens Fabr., *hirta* Gyll. Oliv. Parisiis, Styria, Dalmatia, Sicil., Gall. mer., Hisp., Suecia, Ross., Podolia = *L. hirta* Lin.: variant interdum mares thorace valde obsolete punctato, foeminae haud raro elytrorum interstitiis alternis elevatulis.

L. glabrata Ol. Gall. mer., Hisp. = *L. ead.*, hispanica foemina variat, utpote in italicis quandoque, corpore vel toto nigro-brunneo, vel elytris brunneo - castaneis. Quidam accedunt mares ex Hispania, nom. *Ramburii* a D. Breme inscripti, corpore, elytris exceptis, penitus fere atro, capite thoraceque paulo fortius, crebrius punctatis, hoc longitudinaliter subtilius canaliculato, quibus conformia nonnulla in collectionibus specimina occurunt nom. *rubida* Graëlls et *parvula* Perris (haec postrema typica verisimiliter), non nisi quam *glabratae* meo judicio varietates habenda. Pictura equidem variabilis species, minus maturis corpus rufo - testaceum, antennis ferrugineis, elytra flavescentia, femoribus apice tibiisque basi infuscatis, mares quam proxime *rugulosa* Rosenh. descriptioni congruere videntur.

L. lata Fabr. Hispania, Tangeri = *L. ead.*

(*L. mauritanica* Dej. Oran S. Fargeau, Bona König = *L. viridipennis* Fabr.)

PEDILIDAE Lacord.

Pedilus fuscus Fisch. Sibiria Mannerh. et Gebler = *Pedilus* id.

Steropes caspius Stev. Ross. mer. Latreille, Kislar Steven
= *Steropes* id.

Scaptia fusca Latr., *Dircea sericea* Schönh. Parisiis,
Gall. mer., Hung. Frivaldszky, Dalm. = *Scaptia dubia* Ol.: inter
dalmatina commixta *Scr. bifoveolata* Küst., elytris praecipue minus
subtiliter ac minus crebre dorso punctulatis distinguenda. Acce-
dunt hispanica a D. Ghiliani *dubiae* specimina, utpote centrali Ita-
lia frequentius, gallicis obscuriora, paullulum majora.¹⁶⁾

S. minuta Dej. Parisiis, *Dircea fuscula* Gyll. Suec. Schh.,
Euglenes oculatus Schh. = *S. fuscula* Müll.¹⁷⁾

¹⁶⁾ *S. dubiae* valde affinis *S. thoracica* n. sp.: *Elongata*,
planiuscula, *subtilissime rugoso-punctata*, *griseo-pubescent*, *fusco-picea*,
capite nigro, *thorace anterius parum attenuato*, *transversim*
subquadrato, *angulis posticis rectis*, *rufescente*, *tibiis tarsisque rufo-*
testaceis. — Long. 2 lin.

Corpore supra confertim subtiliterque punctato - ruguloso, pu-
bescentia atque statura *dubiae* summopere affinis, thoracis praeser-
tim structura praeter picturam plane distincta. Caput nigrum, ut
in ea constructum, antennis ferrugineis, ab articulo quarto paulis-
per validioribus, art. 2 brevi, subgloboso, tertio eodem duplo,
quarto sesqui longiore. Thorax transversim subquadratus, latitu-
dine basaeos triente fere tantum brevior, lateribus a basi medium
fere ultra subparallelus, fortius apice utrinque rotundatus ac decli-
vis, basi medio angustius, latius evidentiusque quam in illa utrin-
que emarginato-sinuatus, in sinu foveolatus, angulis posticis rectis,
leniter apice obtusatis, supra infraque laete rufo-testaceus. Elytra
fere minus quam in *dubiae*, pro latitudine, elongata, paulo magis
apicem versus ampliata atque dorso planata, subtilius fere crebrius-
que punctulata. Corpus infra cum pedibus nigro-piceum, tibiis
tarsisque rufo-testaceis.

A bifoveolata Küst. thorace dimidio postico magis quadrato,
elytris longe subtilius punctatis nec non pictura, praeter alia abunde
distincta.

Mauritanicum spec. a D. Van Volxem Tingi prope collectum
in R. Bruxellensi Musaeo prostat.

¹⁷⁾ Italicis Montis Rosa convallis et Iusubria interdum ob-
via *S. ferruginea* Ksw. Ariminum circa et in Dalmatia rarius oc-
currit *S. ophthalmica* Muls. praeter oculorum structuram thoracis
sculptura praecipue a congeneribus discedens, eadem nempe evi-

Xylophilus oculatus Gyll. Suecia, *calycinus?* Panz. Germania bor., Hung., Volhynia = *Xylophilus pygmaeus* De Geer omnes foeminae. Accedit spec., foemineum pariter, e Fennia a D. Wastasierna Marchioni a Breme utpote Mannheimii typicum *X. fennicum* datum et inscriptum, quod nulla alia ratione a genuino *pygmaeo* distinguitur, quam thoracis sulculis transversis paulo magis conspicuis, utpote et in germanicis ind. quandoque contingit.

X. populneus Fabr. Parisiis, Suecia, Germ., Pedemontio = *X. boleti* Marsh., *populneus* Panz., Muls. Passim hinc inde in Italia continentali et insulis.

X. pygmaeus Gyll. Suecia, *oculatus* Payk. ♂ = *X. id* De Geer ♂.

X. testaceus Dej. Dalm. = *X. id*. Kolenati, *flareolus* Muls. spec. in tota fere Italia diffusa, etiam Cypro et Syria obvenit.¹⁸⁾

denter parcus quam in *fuscula* ac *ferruginea* granuloso, punctura vix perspicua adeo ut ex auctoris descriptione de specie dubitassem, sin identicum e Gallia spec. in coll. D. Bauduer perspectum fuerit.

¹⁸⁾ Hae mihi cognitae hujus divisionis (subg. *Olotelus*) sec. Muls. species: *X. punctiger* Muls. Sardinia et Cypro, corpore in illaesis superne subtilissime pubescente, caeterum oculorum, antennarum thoracisque praecipue structura hic spectans.

X. brevicornis Perris Insubria, unicum spec. descriptioni consonum, thorace vero postice fovea utrinque modice tantum impressa.

X. neglectus Duv. Pedemontio atque Italia media parum frequens.

X. ruficollis Rossi Insubria, Tridentina provincia, Cypro et Syria haud frequens: antennis ante oculos minus remote quam oculi inter se sistentes insertis ad hanc divisionem pertinet; oculis paulo minus in foemina quam in mare prominulis, antennarum in illa art. 3—6 gracilioribus, thorace paullulum crassiore, elytris paulo minus elongatis, minus ad latera parallelis. Variat in utroque sexu capite vix vel plus minusve vertice infuscato, elytris rarius bruneo-testaceis. Ex allatis a D. Aubé (in Catal. et Mater. pour la Faune Franc. du Dr. Grenier) mihi compertum ad *ruficollem* potius quam ad *neglectum* *X. nigripennem* Villa referendum esse.

X. cyprius n. sp.: *Elongatus*, *niger*, *incano-pubescent*, *capite thoraceque opacis creberrime*, *elytris nitidulis*, *subparallelis distincte punctatis*; *oculis a basi remotis oblongo-ovatis*; *antennis nigris*, art. 5—10 *subaequalibus*, *secundo globoso*, *ore pedibusque pro parte testaceis*. — Long. $\frac{4}{5}$ — 1 lin.

Xylophilus lividus Dej. Dalm. et Gall. mer. = *X. pruinosus* Kiesw. var. *testaceus*, capite leniter infuscato, immaturus.

Corpore elongato, atro, elytris praesertim basi summa leniter declivibus, utrinque ante humeros oblique subtruncatis *amabili* Sahlb. quodammodo affinis, a quo oculis verticaliter oblongiusculis, invicem in fronte sat, a capitis basi modice remotis, antennarum structura praeter caetera plane distinctus. Caput, uti thorax, atrum, opacum, sub pube tenui sericante vix perspicue subtillime punctulatum, fronte parum convexum, oculis modice prominulis, verticaliter oblongo-ovatis, vix antice emarginatis, postice rectis, fronte eos inter duplo fere quam inter antennarum basin latiore; antennis mediocribus, corporis dimidiā longitudinem vix superantibus, pilosulis, nigris vel nigro-piceis, articulo secundo rufescente, breviter ovato, tertio hoc paulo longiore, obconico, 4—10 sensim perparum crassioribus, obconicis, longitudine subaequalibus. Thorax subquadratus, capite paulo angustius, lateribus ante medium perparum rotundatus, basi summa utrinque dilatatus, angulis posticis extorsum leviter porrectis, basi subarcuatus, leniter convexus, ante basin transversim obsolete impressus. Scutellum oblongo-subtriangularē, apice truncatum. Elytra elongata, lateribus subparallela, quam pone medium antice fere latiora, basi summa leniter declivia, ante humeros utrinque oblique subrotundata, humeris leniter prominulis, hos intra anguste, dorso medio ad trientem anticū late obsolete impressa, pone scutellum utrinque subgibbosa, dorso parum convexa, ad laterum trientem anticū obsoletissime compressa, nitidula, uniformiter, parum dense, subtiliter distineteque punctulata, punctis apicem versus paulo minus profundis, subtilime pubescentia, plerumque nigro-picea. Corpus infra nigrum, pedibus cum coxis anticis fusco-ferrugineis, tibiis tarsisque lurido testaceis, tibiis 4 posterioribus saepe dimidio apicali infuscatis, tarsorum posticorum articulo primo sequentium trium simul triplo longiore.

A primae divisionis, sec. Mulsant, congeneribus corpore elongato optime distinctus, *brevicorni* et *ruficollī* exceptis, ab illo antennarum oculorumque praecipue structura, ab hoc, praeter picturam, capite thoraceque opacis, hoc utrinque haud tuberculoso, elytris longioribus aptenus discedit.

E Mulsantis divisione altera hae occurunt poenes nos species: *X. nigrinus* Germ. Tyrolo italicō rarus: *X. sanguinolentus* Kiesw.

Xylophilus pumilus Dej. Gallia Latreille = *X. pruinosus* Kiesw. normaliter coloratus. Tota etiam continentali Italia atque insulis diffusa sp., Pedemontio inter folias deciduas atque quisquilia autumno praesertim frequens; variat saepius intensius fuscus, elytris obscure castaneis, latius utrinque atque irregulariter suturam secus nigrescentibus; totis hisce fuscis interdum, humeris tantum pallidioribus.

(*Trotomma pubescens* Ksw. Gall. mer. a D. Breme; superioris ac mediae Italiae nec non Hungariae etiam incola.)

Pedemontio, unicum spec. mas praeter antennarum structuram habitumque graciliorem pedibus posticis ab illo sane discedens femoribus longe minus incrassatis, tibiis a basi ad apicem regulariter leniterque dilatatis, dorso rectis, intus pone medium leniter arcuatiss, tarsorum art. primo, etsi compresso atque arcuato, longitudine sua parallelo: elytrorum praeterea area lateralis compressa crebriusque punctata multo angustior quam in *nigrino* eique valde affini *patricio* Abeille, quibus femora postica valde crassiora, *patricio* intus ante basin subito fere attenuata, tibiae eaedem basi graciles atque arcuatae, a longitudinis quadrante solummodo apicem versus dilatatae, intus rectae, tarsi quoque basi angustiores. *X. sanguinolenti* foeminas ex Etruria atque e Syria vidi.

X. amabilis Sahlb. Pedemontio, ab agro Taurinensi haud remote, in quercus caeduo nemore a me ipso repertus.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Deutsche Entomologische Zeitschrift
\(Berliner Entomologische Zeitschrift und Deutsche
Entomologische Zeitschrift in Vereinigung\)](#)

Jahr/Year: 1877

Band/Volume: [21_1877](#)

Autor(en)/Author(s): Selve Flaminio Baudi a

Artikel/Article: [Europaeae et circummediterraneae Faunae
Heteromerum specierum 385-416](#)